

de appetitu elicitio inefficaci ad visionem beatificam, quem diximus hominem posse habere sine auxilio gratie. Ibi enim intendit demonstrare possibilitatem visionis beate, ex naturali desiderio quod habet homo videndi causam, cum inueter effectum: si autem per tale desiderium intelligeret appetitum elicitum inefficacem, & conditionatum, hoc ratio non concluderet: quia appetitus elicitus inefficax, & conditionatus, versari potest circa impossibilia, ut supra diximus. Ergo &c.

99 Respondendo approbando responsum datam: cum enim D. Thomas ibi loquatur de appetitu videndi Deum, qui excitatur in nobis visis Dei operibus, qui proinde oritur ex aliqua cognitione presupposita, manifestum est illum non loqui de appetitu innato, qui nullam presupponit cognitionem, sed est aliquid veluti pondus nature inclinantis ad aliquod bonum, sed de elicitio, qui in aliqua prava cognitione fundatur.

Ad instantiam in contrarium, in primis dici potest, rationem D. Thomae non esse demonstrativam, sed probabiliter tantum congruentiam, quia cum mysteria nostra fidei, inter quae visio beatifica numeratur, lumen naturale intellectus transcendit, non possunt evidenti ratione demonstrari, sed probabiliter tantum congruentia suaderi. Hoc pacto idem Sanctus Doctor infra quæst. 27. Verbi divini processionem probabiliter ostendit, ex eo quod omne intelligens producit in se verbum, & conceptionem rei intellectæ. Et 3. part. q. 1. art. 1. probat incarnationem Verbi Divini, ex ratione summi boni, cui connaturale est summo modo se communicare, & resurrexerunt, ex inclinatione anime ad corpus.

Secundo dicere possumus cum Ferrariensi, quod quando D. Thomas dicit, visus esse nobis Deum, exurgere in nobis desiderium naturale videndi causam, non intendit esse in nobis desiderium videndi Deum, ortum ex viribus nature; sed quod sit in nobis desiderium videndi Deum, connaturale, & proportionatum cognitioni quam de illo habemus. Unde cum per lumen naturale intellectus, illum cognoscamus, valde imperfecte, & tantum ut Auctorem nature, ex illo in nobis exurgit desiderium quoddam imperfectum, illum cognoscendi, & videndi ut Auctorem naturalem, & quantum ad illa prædicata, & attributa, quae in creaturis relictæ. E contra vero, cum per fidem illum perfecte, ut Auctorem gratiae & gloria cognoscamus, ex tali cognitione supernaturali, oritur in nobis desiderium supernaturale, & tali cognitioni proportionatum, videndi illum ut est in se.

100 Obijciæ secundo: Quilibet potentia habet appetitum innatum in sum objectum, cum ad illud recipiat totum esse, & suam specificationem & perfectionem: Sed Deus clare visus continetur sub objecto intellectus creati: Ergo connaturaliter in eum inclinatur.

Confirmatur: Quilibet natura creata habet appetitum innatum ad proprium finem & centrum: sicut ignis ad locum sursum, & lapis ad locum deorsum; unde non quiescit, donec ad illum pervenerit: Sed Deus clare visus, est finis creature intellectualis, & proprium illius centrum; unde non quiescit, donec ad illum pervenerit: juxta illud Augustini I. Confess. cap. 1. *Vestigii nos Dominum ad te, inquietum est cor nostrum donec requiescat in te*: Ergo &c.

101 Ad objectionem respondeo, distinguendo Majorem. Quilibet potentia habet appetitum innatum ad suum objectum, connaturale, & proportionatum, concedo: Excedens, & improporionatum, nego. Similiter distinguo Minorem: Deus clare visus continetur sub objecto intellectus creati connaturali & proportionato, nego: improporionato & excedente, concedo. Solutio constat ex supra dictis.

102 Ad confirmationem similiter dicendum est, quamlibet naturam creatam habere appetitum ad proprium finem, si talis finis sit connaturalis, eique connaturaliter debitus; secus autem, si sit supernaturalis, & ad illum natura gratuita Dei voluntate, & ordinatione, elevata. Visio autem beatifica non est finis naturalis hominis, nec ei connaturaliter debitus; sed supernaturalis, & homo est ad illum summæ Dei bonitatis, & gratuita beneficentia ordinatus. Unde si homo fuisset conditus in statu nature pure, non habuisset pro ultimo fine clarum Dei visionem, sed tantum cognitionem quendam abstractivam Dei, ut Auctoris nature, quam habuisset per species creaturarum, ut dicemus in Tractatu de libris humane nature.

103 Obijciæ tertio contra tertiam conclusionem: In Deo clare visio nulla potest apparere rationali: Ergo cum homo non possit odibile bonum, in quantum bonum, in quo nulla apparet ratio mali, necessitatur, saltem quoad specificationem, ad amandam & desiderandam visionem beatificam. Unde Augustinus 13. de Trinit. cap. 8. dicit omnes naturam insinuat velle esse beatos.

104 Respondeo quod quamvis nobis viatoribus, in visione beata nullum apparet malum positive, in ea tamen apparet aliquid malum negative; quia non cognoscitur pro hoc statu, in ea consistere omnibonum, quod sufficit ad hoc ut non appetatur necessario quoad specificationem: sicut licet Deus sit de facto omnibonum, quia tamen pro

hoc statu, id a nobis clare non cognoscitur, non amatur necessario, sed a quibusdam odio habetur. Et defecto carnales homines ita suis voluptatibus addicti sunt, ut si eis daretur eligendi licentia, in eis semper vellet permanere, & propter ipsas visionem Dei contempnerent. Unde quando Augustinus ait omnes naturali instinctu velle esse beatos, loquitur de beatitudine in communi, quam omnes naturaliter desiderant, & nemo potest odio habere; non autem de beatitudine in particulari, quae in Dei visione consistit, quamvis in eodem capite, a beatitudine in communi, transeat postea ad beatitudinem in particulari.

§. IV.

Corollarium notatu dignum.

EX dictis colligitur falsum esse quod ait quidam recentior Thomista in sua Theologia mentis & cordis, t. 1. pag. 181. intellectum humanum posse dupliciter considerari, nempe secundum rationem specificam, & secundum rationem intellectus ut sic, prout abstrahit ab angelico, humano & divino; & sub priori quidem consideratione non habere appetitum innatum ad visionem beatificam, bene tamen sub posteriori: sicut talis (inquit) secundum ultimam differentiam repugnat videre, quamvis sub ratione communi animalis, exigit habere potentiam visivam. Quam doctrinam probabiliter reputat Martinez t. 2. q. 3. art. 8. dub. 2. concl. 7. illamque ex professo tradit Herrera in manuscriptis Tract. de visione beata. Verum illa displicet aliis Thomistis, & hac ratione breviter confutari potest: Quod convenit positive gradui communi, transcendenti, aut generico, nequit repugnare specifico, cum omnia essentialia generi descendant ad speciem: quare ratio animalis non potest contrari per differentiam aliquam, cui repugnet sentire, nec substantia per aliquid cui repugnet esse per se: Ergo si appetitus innatus in clarum Dei visionem, repugnet gradui specifico intellectus humani, non potest convenire conceptui communi intellectus ut sic. Unde ad exemplum de talpa respondeo, vel rationem animalis non exigit positive potentiam visivam, sed permissivam solum, in aliquibus suis inferioribus: vel si ad illum positive inclinaret, non repugnaret talpa videre secundum suam essentialiam differentiam, sed solum ratione indispotionis organi accidentalis.

Nec contra primum obstat, fiducias, talpam dici privative cæcum: Sed privatio est carentia forme debite: Ergo potentia visiva illi debetur: At non secundum rationem differentialem: Ergo secundum rationem genericam. Respondetur enim non esse rigorosam privationem, sed late acceptam, ad quam sufficit potentiam visivam deberi gradui generico animalis, non secundum se, sed solum in aliquibus suis inferioribus.

DISPUTATIO II.

De specie ad visionem beatificam concurrente.

DECLARATA visionis beatificae possibilitate, consequens est ut de principis ad illam concurrentibus disputemus, & in primis de specie ad illam concurrente, deinde de lumine glorie ad illam requisito, de quo dicemus disputatione sequenti.

ARTICULUS I.

An datur, vel saltem sit possibilis in visione beatifica, aliqua species impressa creata?

§. I.

Prænotanda ex Philosophia.

NOTANDUM primo: Speciem intelligibilem, se habere in vicariam objecti trahendo ipsum intentionaliter ad potentiam, & non solum se tenere ex parte potentiae, tamquam determinationem, & complementum virtutis cognoscitivæ, vel per modum luminis eam confortantis. Ita communiter docent Philosophi in libris de anima, contra Vasquez: Ratio evidens est, quia ex objecto & potentia paritur notitia, ut est commune proloquium ex Augustino desumptum; unde ad partem intellectuales verbi, necesse est quod aliquid loco objecti sit in potentia; sicut fermen est loco generantis, ut pariatur fetus; objectum enim per se ipsum semper in ea esse non potest, ut constat: Ergo ad cognitionem requiritur species intelligibilis, tamquam vicaria ipsius objecti, seu ut præbens concurrentem objectivum, non vero per modum luminis confortantis potentiam, ut existimat Vasquez.

Addo quod, cognitio sit trahendo res ad se, & conjungendo illas sibi: unde cum res materiales, per entitatem suam

suam non possint intrare in potentiam, & illi uniri, indigent specie, ut illa mediante ei uniantur. Quamvis ergo species sit subjective in potentia, quatenus eam adnat & informat, illa tamen se tenet ex parte objecti, tamquam generis ejus vices, ut objectum, illa mediante, possit informare, & actuare potentiam, eamque ad partem intellectuales verbi focundare. Quod ut hinc evidentiatur,

Notandum secundo ex D. Thoma in 4. dist. 49. q. 2. art. 1. ad 15. & quodlibet 7. q. 1. art. 1. quod triplex potest esse similitudo in potentia cognoscitiva, respectu objecti. Prima se tenet ex parte potentiae, & nihil est aliud quam virtus, seu proportio & efficacia potentiae ad eliciendam cognitionem circa tale vel tale objectum. Unde idem S. Doctor hic art. 2. dicit, quod *lumen glorie confortans intellectum ad videndum Deum, est aliqua similitudo ex parte visiva potentiae*. Secunda est ex parte ipsius objecti, impressa tamen potentiae, & non est aliud quam representatio, seu species, qua objectum redditur intelligibile, & unitum potentiae, ut ex ipso & potentia paritur notitia. Tertia similitudo est ex parte medii, quae non est aliud quam res aliqua prius cognita, in qua, vel ex qua devenitur ad aliam: sicut in speculo, vel imagine prius cognita, attingitur res representata. Et licet verbum, seu species expressa, etiam habeat rationem imaginis, tamen non habet rationem medii prius cogniti, vel medii objectivi, sed formalis: eo quod informat intellectum ex parte termini cogniti, & informando representat. Unde computatur a D. Thoma secundo modo, tamquam medium cognoscendi quo, ut ipse loquitur q. 4. de verit. art. 2. ad 3.

3 Notandum tertio, vel potius supponendum ex libris de anima, quod species lapidis v. g. qua intellectus constituitur in actu ad intelligendum lapidem, continet in se formam & naturam lapidis, eandem realiter cum illa quae in lapide invenitur, non quidem sub modo naturali (hoc enim est impossibile, ut constat) sed intelligibili, & representativo.

4 Haec suppositio, quae est fundamentum plurium quae infra dicemus, probatur primo ex D. Thoma a. de anima lect. 24. & 7. Metaph. lect. 6. ubi dicitur speciem rei intellectæ, esse quidditatem ejus, & 4. cont. Gent. c. 14. ait quod *verbum nostri intellectus, est ipsa res intellecta habet ut intelligibiliter eandem naturam naturam continet*. Ergo species residens in intellectu est ejusdem naturae cum re intellectæ, non in esse naturali, sed intelligibili, & intentionali.

5 Probatur secundo ratione: Omnis representatio fundatur vel in contentia eminenti objecti representati, ut contingit in essentia divina, quae representat creaturas, quia illas eminenter continet, vel in dependentia ab objecto representato, ob quam effectus suam causam representat, vel in convenientia formali. Sed species representat suum objectum, & non ratione contentiae eminentialis; species enim quae est accidens, non continet eminenter substantiam, nec ratione solius dependentiae, alias habitus existentes in intellectu, essent species objectorum: Ergo ratione convenientiae in forma representata, sed non ratione convenientiae analogica, alias representaret solum gradum analogice communem; nec rationem convenientiae genericæ, alias solum representaret genus: ergo ratione convenientiae specificæ, & consequenter species representans hominem, in esse intelligibili est ejusdem speciei cum homine, vel potius ipsa hominis speciei, seu quidditas.

6 Confirmatur species quidditativa hominis, est in esse intelligibili ipse homo representatus: Ergo species representans hunc hominem, est hic homo numero in esse intelligibili, & consequenter hic numero homo, est in esse intelligibili idem realiter cum specie representativa illius. Confirmatur amplius: Imago artificialis hominis, cum illo convenit in figura, & imago naturalis in substantia; ut patet in filio, qui est imago naturalis patris: Ergo etiam imago mentalis hominis, qualis est species, debet cum illo in essentia convenire, cum sit illius imago quoad essentiam.

7 Dices primo: Albedo & nigredo sunt forme inter se contrariae, nec in gradibus inensuris possunt simul in uno subiecto existere. Sed species albedinis, & species nigredinis sunt simul in eodem intellectu. Ergo species albedinis non est ejusdem quidditatis cum illa, & idem de specie nigredinis.

Respondeo distinguendo Majorem. Sunt forme inter se contrariae, sub modo essendi naturali, concedo: sub modo essendi intelligibili & intentionali, nego. Et concessa Minori, distinguo Consequens distinctione Majoris: Ergo species albedinis non est ejusdem quidditatis cum illa, in esse naturali, concedo, in esse intelligibili & intentionali, nego.

8 Dices secundo: Species mensuratur ab objecto, & dicitur relationem realem ad illud: Sed mensuratur distinguitur realiter a mensura, & terminus a relatione: Ergo species realiter distinguitur a natura, & quidditate objecti quod representat, ac proinde falsum est, quod species sit naturalis, & quidditas objecti representati.

Confirmatur. D. Thomas infra quo. 42. art. 1. ad 4. negat relationem realem aequalitatis inter divinas personas, quia essentia quae fundamentum est aequalitatis, una & eadem est in tribus personis: Ergo similiter, si eadem natura &

quidditas sit in specie, & in objecto quod representat, illa non poterit dicere relationem similitudinis ad objectum.

Ratione hujus argumenti, quidam existimant quod relationis similitudinis, quae species ad objectum refertur, non est realis, sed rationis, sicut relatio aequalitatis, quae est inter personas divinas. Sed melius respondetur, quod ut species mensuretur ab objecto, & dicat ad illud relationem realem similitudinis, non requiritur quod ab illo distinguitur realiter in natura & quidditate, sed lumen in modo habendi naturam in esse intentionali, qui distinguitur a modo naturali, sub quo in ipso objecto invenitur: non enim fundat relationem illam natura ut prædicat ad illius modum essendi, sed prout illis affecta, & modificata. Ex quo patet responso ad confirmationem, concessio enim Antecedente, neganda est consequentia & paritas. Ratio discriminis est, quia essentia, quae est fundamentum aequalitatis divinarum personarum, non habet in illis diversum modum essendi: sicut habet natura & quidditas, quod continetur in specie & prout est in objecto, per illam representatam.

Ex his intelliges dictum Aristotelis 3. de anima textu 37. dicentis *animam esse quoddammodo omnium*: quia scilicet ratione speciem intelligibilem, in se continet naturam & quidditates omnium rerum, non in esse naturali, sed intelligibili & intentionali. Cui etiam concedat celebre illud dictum Commentatoris, dicentis, *ex intellectu, & ex intellectu fieri magis unum, quam ex materia & forma*. Materia enim non transit in formam, nec e contra forma in materiam, sed ex unione utriusque resultat tertium compositum: ac in vero ex specie in esse representativo considerata, & ex intellectu, non resultat unum tertium, sed potius intellectus transit in rem intellectam, media specie intelligibili. Unde Aristoteles 3. de anima laudavit Anaxagoram, eo quod dixerit intellectum nostrum esse immixtum omnifese specifico, ad differentiam pure potentiae in ordine naturali, quae ratione suae limitationis, est quidem nata recipere omnem actum sui generis, non tamen alicui per identitatem admiscetur.

Addo quod, cum ex una parte gradus cognoscendi, utroque immaterialior, superet gradum essendi entitativum, seu naturalem, & rursus ex alia parte, cognitio per se possit unum cum objecto; negari non potest, talem unionem debere esse multo perfectiorem, ea quae reperitur in ordine entitativo & naturali, inter materiam & formam, substantiam & accidentia. Et aliter sentientes (inquit Cajetanus) *nimis vilem faciunt naturam cognoscitivam: quandoquidem si ea, non aliter quam de rebus naturalibus judicant*.

§. II.

Ostenditur Deum non videri a beatis, mediante aliqua specie impressa creata.

Dico primo: In visione beata, nullam intervenire speciem impressam creatam. Ita communiter docent Theologi (excepto Agudio a Praesentatione) cum D. Thoma hic art. 2. & 3. p. 9. art. 3. ad 3. ubi sic habet: *Cognitio beata non fit per speciem qua sit similitudo divinis essentiae, vel eorum quae in divina essentia cognoscuntur: sed talis cognitio est ipsius divina essentia immediata, per hoc quod ipsa essentia divina unitur menti beate, sicut intelligibile intelligenti*. Idem docet 3. cont. Gent. c. 51. & in 4. dist. 49. q. 2. art. 1. ad 15. cujus verba infra referemus. Denique hanc doctrinam (ut dicit Agidius Romanus, in suo de inferiorio art. 1.) habuit S. Doctor divinitus inspiratum, & caelesti revelatione confirmatum. Cum enim deceisset Frater Romanus, Inquisitor Neapolitanus, qui ejus fuerat discipulus, eique post mortem apparuisset, ab ipso D. Thoma interrogatus, quomodo in Patria videretur Deus? Respondit his verbis Psalmista: *Sicut audivimus, ita & vidimus in civitate Domini virtutum*. Per hoc declarans, Deum eo modo videri a beatis in Patria, quo ab ipso D. Thoma audiverat, dum ejus esset discipulus in vita.

Eadem veritas hac ratione suadet. Species impressa in visione beatifica superflua est: Ergo non datur. Consequenter patet, Antecedens probatur. Species impressa necessaria est ad supplendum defectum objecti, quod secundum se non potest concurrere cum potentia ad intellectionem sui, vel quia non existit, vel quia remotum est, aut secundum se non est intelligibile, propter suam materialitatem: Atqui nullum horum habet locum in proposito, nam Deus est existens necessario, intime praesens intellectui beati, & summe immaterialis, ac proinde perfectissimo modo intelligibilis: Ergo species impressa in visione beatifica superflua est.

Confirmatur. Ob eandem rationem superflua est Angelus species accidentalis ad sui cognitionem, nam substantia ipsius, ex communi sententia, quia est intime praesens, & immaterialis, supplet vices speciei, & idem dicit quidam Recentiores de lumine respectu oculi, & de qualitatibus sensibilibus respectu oculi, & de qualitatibus sensibilibus respectu tactus, nempe quod seipsum, sine specie moveant ad sensationem, quia habent sufficientem praesentem.

presentiam, & unionem, ac proportionem cum potentia. Ad id quod essentia divina potest seipsa prestare (seclusis imperfectis informacionis & inhaerentis) id totum quod facit species impressa creata, ut infra ostendemus: Ergo ita est superflua.

14 Probatur secundo conclusio: Si daretur in visione beatifica aliqua species impressa creata, vel illa produceretur necessario a Deo, vel libere: Neutrum dici potest: Ergo non datur. Minor quantum ad primam partem est certa, nullus enim datur effectus ad extra, qui necessario a Deo procedat. Probatur vero secunda pars: Illa species emanaret a Deo secundum suam essentiam, ut est radix attributorum, & ut prevenit voluntatem, & omnipotentiam: Ergo emanaret ab ipso necessario, & non libere. Antecedens est certum, quia species emanat a suo objecto formali: objectum autem formale visionis beatificae, est essentia divina, ut radix attributorum, ut infra ostendemus. Consequenter autem probatur: illud quod emanat ab aliqua ratione in Deo, preveniente voluntatem, est necessarium: scilicet scientia simplicis intelligentiae, & iuxta Adversarios, scientia media, necessaria est, saltem ex parte subiecti, quia prevenit voluntatem: Ergo si species illa emanaret ab essentia Dei, ut est radix attributorum, & ut prevenit voluntatem, necessario, & non libere, a Deo procederet.

15 Confirmatur: Haec emissio specierum objectis productivis illarum est necessaria, quia illae se habent ut affectiones naturae, & ut proprietates, ac veluti quaedam semina, quibus sui cognitionem nata sunt parere, sicut per semen naturae producantur similes: Ergo illa species representativa Dei, elset affectio, proprietates, & semen Dei, & consequenter naturaliter produceretur, sicut proprietates, & semina. Haec conclusio magis constabit ex dicendis §. sequenti.

§. III.

Impossibilitatis: ejusdem speciei demonstratur.

16 Deo secundo: Non posse dari speciem impressam creatam, quae Deum clare & intuitive representet. Est contra Suarez, Vasquez, Molinam, & alios Recentiores: est tamen D. Thomae locis supra citatis, ubi impossibilitatem talis speciei, variis rationibus demonstrat.

Prima, quae habetur quodlibet 7. quest. 1. art. 1. & 1. cont. Gent. cap. 46. potest sic proponi. Effectus formalis speciei impressae, est reddere objectum proxime intelligibile: Sed repugnat Deum fieri proxime intelligibilem per aliquam formam creatam, & a se distinctam: Ergo repugnat dari speciem creatam, clare & intuitive Deum representantem. Major est certa, & constat ex supra dictis: Minor vero probatur. Illud quod est per se intelligibile, immo & sua intelligibilitate, non potest fieri intelligibile per aliquid aliud: At Deus per se intelligibilis est, immo & sua intelligibilitate, cum sit actus purus in ratione intelligibilis, & infinite immaterialis: Ergo non potest fieri intelligibilis, & visibilis ut est in se, per aliquam formam, & speciem intelligibilem creatam. Minor constat. Major autem variis exemplis declaratur. Quia enim lux seipsa visibilis, est ratio videndi objecta, non potest fieri visibilis per aliam formam a se distinctam. Quia albedo seipsa est alba, non potest fieri talis per aliam qualitatem. Quia unio est ratio conjungendi extrema, non potest uniri per aliam unionem, sicut nec existens fieri existens per aliam existentiam; alioquin daretur processus in infinitum, & illud quod est tale per essentiam, fieret tale per participationem, quod implicat: Ergo similiter cum essentia divina sit ipsa lux increata, & ipsa intelligibilis, & visibilis per essentiam, non potest fieri intelligibilis, & visibilis per aliquam formam a se distinctam.

17 Confirmatur: Eadem est ratio proportionaliter de intelligibilitate, ac de intellectualitate. Sed quia Deus est prima intelligentia, non potest fieri intelligens per aliud a se: Ergo similiter, quia est prima intelligibilis, non potest fieri intelligibilis, & visibilis ut est in se, per aliquid a se distinctum.

18 Dices: Hoc argumentum probare quidem, essentiam divinam non posse fieri intelligibilem, & visibilem intellectu divino, & increato, per aliquam formam, aut speciem a se distinctam; non tamen demonstrare, quod illa non possit fieri intelligibilis, & visibilis intellectui creato, per aliquid a se distinctum. Licet enim divina essentia sit ex se intelligibilis, immo & sua intelligibilitate, est tamen improporcionata respectu intellectus creati, propter summam & infinitam ejus intelligibilitatem, ac proinde potest, & debet, per aliquam speciem creatam reddi proportionata & intelligibilis ab intellectu creato.

19 Sed contra: Quod aliquod objectum per se intelligibile, ratione sua eminentia sit improporcionatum, seu superexcedens respectu alicujus potentiae, non arguit addendum esse aliquid ipsi, per quod fiat intelligibile, sed solum ponendum esse aliquid in potentia, quod confortetur, elevetur, & fiat potens ad illud cognoscendum. Sicut ex eo quod Sol ratione sui splendoris, sit objectum impropor-

tionatum, & superexcedens respectu oculi nocturni, non sequitur aliquid ponendum esse in Sole, per quod fiat eivisibilis, & proportionatus, sed solum debere poni majorem virtutem, & efficaciam in potentia visiva nocturni, per quam roboretur & fiat potens ad videndum Solem. Unde ex eo quod Deus sit objectum improporcionatum respectu intellectus creati, non sequitur divinam essentiam debere, vel posse fieri proportionatam per aliquam speciem creatam, sed tantum, & intellectum creatum, mediante lumine gloriae, debere confortari, & elevari ad ejus visionem.

§. IV.

Exponuntur aliae rationes D. Thomae.

Præter rationem jam explicatam, tres alias adducit S. 20 Doctor hic art. 2. quae breviter exponende sunt. Prima sub his terminis ab illo proponitur: Sicut dicit Dionysius 1. de divinis nominibus, per similitudines inferioris ordinis rerum, nullo modo superiora possunt cognosci, sicut per speciem corporis non potest cognosci essentia rei incorporea: multo igitur minus, per speciem creatam quancunque, potest essentia Dei videri. Pro cujus explanatione Notandum primo: Speciem non debere ita esse ejusdem ordinis cum objecto ut cum eo conveniat in gradu perfectionis specifico; contingit enim saepe, objectum ejus esse substantiam, speciem vero illud representantem, esse accidens, ac proinde imperfectiorem suo objecto: sed quia ad minus debet cum objecto in gradu immaterialitatis convenire non quidem specifico (constat enim speciem, quae Angelus inferiori superiori cognoscit, excedi hoc modo in immaterialitate, ab Angelo quem representat) sed generico: cum enim species impressa sit veluti forma, per quam ipsum objectum constituitur in ratione intelligibilis proxime, & intellectio fiat ratione immaterialitatis, & species impressa aliquod objectum representans, debet esse in eodem ordine, & gradu saltem generico immaterialitatis cum illo, vel in superiori. Unde non alia ratione species entitative materialis, nequit representare objectum spirituale, nisi quia non gaudet eodem gradu immaterialitatis cum illo.

Notandum secundo, seu potius recolendum ex dictis art. 1. precedentis disputationis: quatuor esse ordines vel gradus immaterialitatis, rebus cognoscibilibus convenientes. Primus est rerum sensibilium, ut sunt in materia individuali, quarum immaterialitas consistit in quadam actualitate quam habent, sufficienti ad immutandum sensum. Secundus est quidditatum rerum materialium quae licet in se habeant esse in materia individuali, per intellectu tamen ab ea abstrahuntur, Tertius est rerum spiritualium, quae habent esse omnino separatum a materia, non tamen a potentialitate, quales sunt Angeli. Quartus ejus est quod non solum separatum est a materia, & potentialitate, estque actus purus, cujusmodi est solus Deus, qui est actus purus. His respondent quatuor alii gradus, vel ordines immaterialitatis specierum. Primus est specierum sensibilium, singularia materialia representantium. Secundus specierum aphantasmaticum abstraharum, representantium quidditates & naturas materiales a singularibus abstractas. Tertius specierum intelligibilium, quae nullo modo sunt aphantasmaticum abstraharum, non tamen sunt actus puri, sed admixtam habent potentialitatem, quales sunt species quibus Angeli cognoscunt. Quartus ejus species, quae omnino separata est a materia, & potentialitate, estque actus purus, qualis est divina essentia respectu intellectus divini. Cum ergo dicimus, speciem debere convenire cum objecto in gradu immaterialitatis, hoc ita intelligendum est, ut si objectum habeat immaterialitatem primi ordinis, etiam species, primi ordinis immaterialitatem debet habere, & sic de secundo, tertio, & quarto gradu; unde cum nulla species creata, vel creabilis, possit ad quartum immaterialitatis gradum pervenire, aliquid elset actus purus, & suum esse per essentiam, sicut Deus, nulla potest dari species creata, quae Deum quidditative representet.

Confirmatur primo: Quilibet species creata, vel creabilis, magis distat a Deo, quam species sensibilis a quidditate rei materialis, & quam species aphantasmaticum ab abstracta, a quidditate, & substantia Angeli: Sed repugnat per speciem sensibilem cognoscere essentiam & quidditatem rei materialis, & per speciem aphantasmaticum abstraharum, quidditative videri Angelum: Ergo a fortiori repugnat per aliquam speciem creatam Deum quidditative videri.

Confirmatur secundo: Species non minorem debet habere proportionem, nec minus convenire in gradu immaterialitatis cum re quam representat, quam potentia intellectiva cum objecto quod connaturaliter intelligit: unde sicut repugnat dari intellectum creatum, qui connaturaliter videt Deum; quia nullus intellectus creatus, aut creabilis, potest esse ejusdem immaterialitatis cum illo, ut art. 1. disp. precedentis late expendimus: ita quoque, ob eandem rationem, implicat dari aliquam speciem creatam, quae Deum quidditative representet.

Confir.

23 Confirmatur tertio. Virtus proxima ad intelligendum, debet in eodem gradu immaterialitatis consisti cum natura intellectiva cujus est virtus. Ergo pariter virtus proxima, quae movetur intellectus ad intelligendum debet esse in eodem gradu immaterialitatis cum objecto movente, cujus est virtus proxima: Sed species impressa est vis proxima objecti movens potentiam ad sui intellectionem: Ergo debet in eodem gradu immaterialitatis cum illo consisti. Unde sicut repugnat aliquum intellectum connaturaliter videre Deum, nisi sit actus purus, & suum intelligere; ita etiam implicat dari aliquam speciem quidditative Deum representantem, nisi similiter sit actus purus in esse intelligibilis, ejusdemque immaterialitatis cum divina essentia, quod omni formae create, vel creabilis manifeste repugnat.

26 Secunda ratio est: Essentia Dei est ipsius esse ejus, quod nulli forma creata competere potest: Non potest igitur aliqua forma creata, esse similitudo representans Dei essentiam. Vis hujus rationis fundatur in doctrina Aristotelis & Commentatoris, §. 1. exposta. Illi enim docent (ut ibidem ostendimus) species intelligibiles esse ipsas quidditates rerum, non quidditates in esse naturali, sed in esse intelligibili. Sicut idea domus in mente artificis existens, domus ad extra, licet habeat diversum modum essendi, habent tamen eandem formam domus; juxta illud quod docet Aristoteles 7. Metaph. & D. Thomas ibidem lect. 6. Ex insitate fieri similitudo, & ex domo domum, ex ea quae est sine materia, in anima existens, illam quae habet materiam. Licet autem species quae est accidens, possit esse quidditas substantialis creata, in esse intelligibili, nulla tamen species creata, potest esse essentia, & quidditas Dei, etiam in esse intentionali, & intelligibili; tum quia nihil potest esse ejusdem cum Deo immaterialitatis, tum etiam, quia nihil potest esse idem cum illo, nec habere cum eo univocam & atomam convenientiam, secundum aliquid esse reale, & non fictum: esse autem intentionale, representativum in specie intelligibili, non est aliquid esse fictum; aut aliqua denominatio extrinseca, sed verum & reale esse intrinsecum, quod in immaterialitate fundatur: Ergo &c.

27 Ex his facile diluuntur instantia Adversariorum. In primis enim facile respondetur ad id quod dicit Vasquez, falsum esse quod species impressa debeat esse ejusdem naturae cum suo objecto; quandoquidem objectum aliquando est substantia, & species illud representans, accidens. Haec enim instantia procedit ex pura equivocacione hujus Authoris, qui non distinguit inter esse entitativum, & intentionale, seu representativum speciei. Licet enim species & objectum non debeant esse ejusdem naturae & quidditatis in esse naturali & entitativo, ut constat in exemplo adducto: bene tamen in esse intelligibili, & representativo, cum species sit ejus similitudo formalis, & cum ex specie & objecto (ut dicit Averroes) fiat magis unum, quam ex materia & forma, ut antea declaravimus.

Patet etiam responsio ad id quod dicit Arrubal, nullum scilicet esse inconveniens, admittere quod species creata in esse intelligibili & representativo, sit ejusdem naturae cum Deo, quia ad id nihil aliud requiritur, quam quod representet ipsam ut in se est. Ut enim supra ostendimus, esse intentionale, seu representativum, in specie intelligibili, non est aliquid esse fictum, aut sola denominatio extrinseca, sed verum & reale esse intrinsecum, in immaterialitate fundatum. Unde cum repugnet aliquam creaturam convenire univoce cum Deo in aliquid esse reali, & non ficto, & esse ejusdem immaterialitatis cum illo, implicat dari aliquam speciem creatam, quae illum quidditative representet.

28 Denique excludit aemulorum responso, qui dicunt cum Vasquez, & Alarcon, D. Thomam vel solum negare similitudinem creatam, quae se habeat ut medium prius cognitum, seu ut medium quod, non tamen speciem intentionalem, seu medium quo videtur: Vel si illam negat, eam solum negare de facto, non tamen de possibili. Unde dicit Alarcon tract. 1. de visione Dei disp. 3. cap. 2. num. 5. non esse assignabilem locum D. Thomae, ubi clare dicit impossibile esse hanc speciem.

Sed utrumque facile constat: primum quidem, quia D. Thomas in 4. dist. 49. q. 2. art. 1. ad 15. & quodlib. 7. quest. 1. art. 1. distinguit duplex medium sub quo ex parte potentiae, medium quo, quod est species intelligibilis, & denique medium in quo, sicut speculum, in quo aliquid cognoscitur tamquam in re prius cognitum: Et dicit, in visione beatifica non dari secundum & tertium medium; sed solum inveniri primum, quod est ipsum lumen, quod dicitur similitudo ex parte potentiae, ut explicat hic art. 2. Ergo expresse negat D. Thomas speciem intelligibilem in visione beata, & non solum medium in quo, seu prius cognitum. Praeterea hic art. 2. ad 3. & tertio cont. Gent. cap. 51. explicat quomodo essentia divina loco speciei actus intellectum beati ad sui visionem: si autem lumen intendere negare similitudinem creatam, quae se habeat ut medium prius cognitum, non autem speciem intelligibilem creatam, quae est medium cognoscendi in quo: ut quid explicaret, quod ipsa essentia divina habeat rationem speciei, seu formae intelligibilis, & quomodo? Similiter alia explicatio D. Thomae evidenter est nulla: tum quia rationes D. Thomae jam expostae, probant implicare contradictionem quod Deus videatur per illam. Tum etiam, quia quodlib. 7. citato clare dicit esse impossibile dari intellectui creato talem similitudinem, quae sit medium quo respectu divina essentiae. Idem docet 3. contra Gentes cap. 49. & hic art. 2. sepe repetit, quod non potest dari similitudo ex parte objecti, per quam (ut ostendimus) significat speciem intelligibilem. Ex quo patet quam parum sit veritas Alarcon in lectione D. Thomae, & quam falsum sit illud quod dicit, nimirum non esse assignabilem locum in D. Thomae, ubi clare dicit impossibile esse hanc speciem.

Ultima ratio petitur ex eadem radice qua alia, & fundatur in hoc quod sit daretur aliqua species creata, & fundatur ut est in se representaret, illa ex se, & ex natura sua haberet vim representativam extensive infinitam: tum quia representaret divinam essentiam, quae est aliquod incircumscriptum, illimitatum, & continens in se supereminenter quiddam potest significari, vel intelligi ab intellectu creato. Tum etiam, quia quantum est de se representaret totam collectionem effectuum possibilium, quae in divina omnipotentia continentur: cum enim talis species, naturaliter, & non libere representaret, ex se & ex sua natura, non elset magis determinata ad representandam unam ex creaturis possibilibus, quam alteram. Unde ex tota illa collectione, posset quamlibet representare, & sic ex se, & ex sua natura, haberet vim representativam pertinentem ad omnes, ac proinde extensive infinitam, cum effectus qui latent in divina omnipotentia, infiniti sint: repugnat autem, aliquam speciem creatam habere vim representativam infinitam, quia cum vis intentionalis & representativa in specie, fundatur in ejus immaterialitate, sicut repugnat dari speciem creatam quae sit infinita immaterialitatis, ita & quae habeat vim representativam extensive infinitam. Unde D. Thomas 1. part. q. 53. art. 1. docet naturam angelicam, v. g. Gabrielis, non posse deservire per modum speciei, ad omnium rerum intellectionem: quia cum limitata sit, nequit in esse representativo omnia continere.

§. V.

Solvuntur objectiones.

Obijcies primo cum Regio a Presentatione contra primam conclusionem, in qua dicitur in visione beata nullam de facto intervenire speciem creatam. Connaturalis, & congruentius videtur, tam ex parte Dei, quam ex parte intellectus creati poni speciem creatam in visione beata, quam divinam essentiam supplere vices illius. Ergo cum Deus concurrat ad operationes causarum secundarum, modo sibi & illis magis congruo & connaturali, talis species admittenda est. Consequentia patet: Antecedens probatur quantum ad utramque partem. In primis enim ex parte Dei connaturalis est, quod mediis formis creatis concurrat ad operationes creaturarum, quam per seipsum immediate. Sicut connaturalis est, quod natura creata propriis suppositis terminetur, quod divinis: & quod Deus producat lucem medio Sole, quam se solo. Item connaturalis est nostro intellectui, ut perveniat ad cognitionem objectorum, media aliqua specie illi inhaerente, eique subordinata, quam mediante essentia divina, illi assistente per modum speciei. Praesertim quia valde difficile explicatur, quomodo essentia divina possit uniri intellectui beato, supplendo vices speciei, nisi illum informet, eique inhaerent, quod impossibile est.

Respondeo negando Antecedens, quantum ad utramque 31 partem. Ad cujus probationem, in primis dici potest, convenientius esse quod Deus mediis formis creatis, concurrat ad operationes causarum secundarum, quando tales formae sunt possibiles; secus vero quando sunt impossibiles, & implicat contradictionem, ut contingit in proposito.

Secundo, dato etiam quod species creata in visione beata elset possibilis, non tamen elset magis congrua, & connaturalis Deo, & intellectui creato, quod Deus illa mediante ad visionem beatificam concurreret, quam immediate per suam essentiam gerentem vices speciei. Ad primam probationem in contrarium, dicendum est, quod connaturalis est Deum mediis formis creatis operari, quando illae formae se habent ut virtutes per se operativa, & propriae rei creatae: tunc enim connaturalis est, quod Deus illas agere permittat, quam quod impedit, & per se ipsum suppleat: secus vero quando illae formae se habent solum representative, & ut vices gerentes alterius; si enim illud sit presens & per seipsum sufficienter actualis, potius superfluit, & minus connaturalis est, quod per alterum id fiat, quam per seipsum, ut constat in substantia Angeli, gerente vices speciei impressae in cognitione sui.

Ad secundam probationem, similiter dicatur, esse connaturalis intellectui nostro cognoscere res per speciem creatam representativam illarum, quando objectum per seipsum non est intelligibile, & intime illi presens; secus autem,

F 4

autem, quando habet has conditiones, ut contingit in proprio: essentia enim divina, est per se ipsam intelligibilis, & intus patens intellectui beatorum. Et licet non possit illam informare, hoc tamen non obstat, quin possit supplere vices speciei: quia, ut infra dicemus, informatio, vel inhaerentia, non est de ratione speciei, sed per accidens illi convenit.

33 Obijcies secundo contra secundam conclusionem. Si nulla possit dari species creata. Deum quidditative representans, maxime quia illa deberet esse ejusdem immaterialitatis cum Deo; in hoc enim principio fundatur praecipua vis, & efficacia rationum D. Thomae: Sed hoc principium est falsum, vel saltem valde incertum, & dubium: Ergo mitatur praecipuum fundamentum nostrae sententiae. Major constat ex supra dictis: & de facto datur lumen gloriae, quo intellectus beatus conaturaliter videt Deum, quamvis non sit ejusdem cum eo immaterialitatis.

Secundo, species quae est accidens, potest representare quidditative substantiam; quamvis non sit ejusdem perfectionis cum illa, nec univoce cum ea conveniat.

Tertio, Species qua Angelus inferior quidditative cognoscit superiorem, non est ejusdem perfectionis, & immaterialitatis cum substantia Angeli superioris: Ergo non requiritur proportio in immaterialitate, & perfectione, inter speciem & objectum quidditative cognitum. Idem argumentum fieri potest de anima separata, quae potest cognoscere quidditative Angelos, licet non conveniat cum eis in eodem gradu immaterialitatis.

33 Respondeo concessa Majori, negando Minorem ad cuius primam probationem dicendum, magnum esse discrimen inter lumen gloriae, & speciem impressam: nam lumen gloriae se tenet ex parte subiecti, & est virtus elevativa ipsius, species autem se tenet ex parte objecti, & est virtus similitudo formalis. Quare licet lumen gloriae non habeat eandem cum Deo immaterialitatem, species tamen impressa, quidditative Deum representans, deberet esse ejusdem immaterialitatis cum illo.

Ad secundam probationem, similiter dico disparem esse rationem; licet enim accidens non possit esse ejusdem perfectionis cum substantia, in ratione entis, nec univoce cum ea convenire, bene tamen in esse intelligibili & representativo, quia potest cum ea convenire in gradu immaterialitatis, quae est fundamentum, & radix intelligibilitatis; immo multoties accidens substantiam superat in immaterialitate. Ad vero omni entitate creata, vel creabili, repugnat esse ejusdem perfectionis cum Deo, & cum eo univoce convenire, etiam in esse intelligibili, & representativo: eo quod nulla creatura possit esse ejusdem immaterialitatis cum illo.

Ad tertiam probationem ejusdem Minoris, dicendum, quod Angelus superior & inferior conveniunt in eodem gradu scilicet generico & univoce immaterialitatis, quod sufficit ad rationem speciei impressae, ut supra diximus. Et per hoc patet etiam responsio ad aliam exemplum de anima separata: licet enim illa non sit in eodem gradu specifico immaterialitatis & intellectualitatis cum Angelis, est tamen in eodem gradu generico cum illis: ratio enim substantiae immaterialis, & intellectualis, ad Angelos, & animam rationalem, univoce communis est.

34 Obijcies tertio: Ad effectum finitum non requiritur virtus infinita: Sed visio beata ad quam species ut virtus concurrat, est quid finitum: Ergo ad illam non desideratur species infinite perfecta.

Respondeo distinguendo Majorem: Non requiritur virtus infinita, ex meritis effectus, concedo: ex meritis objecti cuius est virtus, nego. Vel secundo distinguo. Non requiritur per se primo, transeat: per se secundo, nego.

Explicatur: Licet visio beata, per se primo solam exposcat speciem impressam objecti infiniti, ac proinde extrinsece solum & objective infinitam; quia tamen non potest dari talis species, nisi sit in se ipsa intrinsece infinita, ut pote ejusdem perfectionis, & immaterialitatis cum illo, peti saltem per se secundum talem infinitatem. Sicut in sententia quae docet naturam peccati mortalis esse extrinsece tantum, & objective infinitam: licet offensam contra Deum commissa, per se primo, & ex propriis meritis, non exigit nisi satisfactionem simili infinitate extrinseca gaudentem; quia tamen non potest dari satisfactio quae infinitatem habeat, nisi a persona infinita, non potest non gaudere infinitate intrinseca: ideo per se secundo, infinitatem intrinsecam in satisfactioe desiderat.

35 Obijcies ultimo: Quoties possibilis est aliqua actio, etiam possibilis sunt principia quae ad illam concurrunt, ejusdem ordinis cum illa: Sed in ordine supernaturali possibilis est cognitio intellectus; tendens in Deum ut est in se; nempe visio beatifica: Ergo etiam possibilis sunt principia, quae ad illam concurrunt; ac proinde species impressa, quae est unum ex principis ad cognitionem concurrentibus, possibilis erit.

Respondeo distinguendo Majorem: Possibilia sunt principia, quae se tenent ex parte potentiae, concedo. Quae se

tenent ex parte objecti, semper nego. Unde licet in visione beata, possibile sit, & de facto datur lumen gloriae creatum, non tamen datur, nec possibilis est species impressa creata. Ratio disparitatis constat ex supra dictis, nam lumen gloriae se tenet ex parte potentiae, supplet ejus defectum, illum elevat & confortat, ac reddit proxime intellectivum: species autem se tenet ex parte objecti, vices illius gerit, & reddit illud proxime intelligibile. Cum ergo impossibile sit, divinam essentiam fieri intelligibilem per aliquid creatum; quia illa est sua intelligibilitatem per essentiam, ut supra arguebamus: intellectus vero creatus possit fieri proxime intellectivus per aliquam formam creatam, & illi superadditam, eo quod non sit sua intellectualitas per essentiam: hinc fit, speciem creatam, non tamen lumen creatum, in visione beatifica repugnare.

ARTICULUS II.

An in visione beata datur, vel possit dari verbum creatum?

IN hujus difficultatis resolutione tres reperio Auctorum 36 sententias. Prima asserti de facto dari in visione beatifica verbum creatum productum, a Beato: non tamen negat posse Deum gerere vices verbi, & uniri cum intellectu beati per modum termini ultimi intellectiois. Pro hac sententia citantur Capreolus, Ferrariensis, Sylvester, Torres, & alii. Quos refert & sequitur Hdephonus, Michael Zamorensis, tomo. in 1. partem quael. 12. artic. 2. dubio 3. Secunda docet in visione beata nec dari de facto verbum creatum, nec dari posse: sed Deum gerere vices verbi, & uniri cum intellectu beati. Ita Salamancaenses, Joannes a S. Thoma, Bannes, Gonzalez, & alii. Tertia sententia docet esse Suarez, & aliorum asserendum nec divinitus posse fieri quod Deus supplet vices verbi. Hanc fassé impugnat Gonzalez disp. 25. sect. 3.

§. I.

Verior & probabilior sententia duplici conclusione stabilitur.

37 Dico primo: Beati per visionem beatificam nullum formant verbum, seu speciem expressam, Deum ficuti est in se representantem. Ita colligitur ex D. Thoma hic art. 2. & aliis locis supra citatis, ubi negat omnem similitudinem, seu representationem divinae essentiae creatam tenentem se ex parte objecti, & gerentem vices illius, solumque admittit similitudinem ex parte potentiae, quam vocat lumen gloriae.

Eadem veritas insinuari videtur a Propheta Psal. 64. ubi enim communis versio legit, Te docet hymnus Deus in Sion, Chaldaica habet, Tibi silentium Deus in Sion; quia licet beati, in caelesti illa patria Deum continuo contemplantur, & laudent, in visione tamen beatifica nullum producunt verbum, seu speciem expressam, sed ipsa essentia divina per se ipsam immediate gerit vices verbi, & speciei expressae. Hoc autem silentium, seu carentia verbi creati in beatis, oritur praecipue ex ejus inutilitate. Verbum enim propter haec duo praecipue ponitur in intellectu creato, scilicet ut objectum reddat intelligibile in actu secundo, & ut sistant illud intra intellectum, & reddat intime praesens per modum termini intrinseci ipsius intellectiois. At hoc habet verbum creatum, & independentem ab omni forma creata: est enim sua intelligibilitas & actus purus, tam in ordine intelligibili, quam entitativo: est etiam intime praesens, & unita intellectui beatorum, non solum per modum principii, sed etiam per modum termini actualis intellectiois: Ergo ex se potest subire rationem verbi, seu speciei expressae.

Confirmatur, & magis explicatur haec ratio. Verbum 38 ponitur, ut terminet actuale intellectioem. Sed essentia divina sui, est omnino proportionata intellectui beati, ut terminet actualem ejus cognitionem: quia in ratione objecti, tam motivi, quam terminativi, habet omnem rationem formalem intelligibilitatis. Potentia autem beati, supponitur sufficienter proportionata per lumen gloriae, eam elevans, & confortans: Ergo superfluum verbum creatum in visione beatifica, subindeque non datur in illa.

Confirmatur amplius: Videmus animam nostram quia 39 est in infimo gradu immaterialitatis rerum spiritualium, pro hoc statu non habere rationem speciei impressae, nec expressae, in cognitione sui: Angelum vero, quia illam excedit in immaterialitate, habere in sui cognitione rationem speciei impressae, non tamen expressae: Ergo cum Deus sit in supremo gradu immaterialitatis, & actus purus in ordine intelligibili, poterit gerere vices utriusque speciei, & esse sua intelligibilis, non solum in actu primo, & per modum objecti motivi, sed etiam in actu secundo, & per modum objecti terminativi. Quapropter verbum in divinis, non producitur ex indigentia objecti, sed ex facultate producentis; quia intellectus Patris est prolificus, & infinite fecundus.

Dico

40 Dico secundo: Repugnat dari verbum creatum in visione beata.

Fundamentum hujus conclusionis non est aliud, quam illud quod articulo praecedenti posuimus est, pro specie impressa neganda: siquidem illud ipsum quod representat speciem impressam in actu primo, & ut objectum intelligibile, representat expressam in actu secundo, ut objectum intellectum, & per modum termini in quem intellectio fertur: unde species impressa est perfectior, & actualior similitudo objecti, quam expressa, & ita simpliciter dari speciem impressam, essentia divina ut est in se representativam, eo quod nulla forma creata possit esse ejusdem immaterialitatis cum illa, nec ejus similitudo formalis, ut articulo praecedenti declaravimus: a fortiori repugabit dari speciem expressam, quidditative Deum representantem.

41 Praeterea, Deus, cum sit actus purus in ordine intelligibili, est sua intelligibilis, non solum in actu primo, & per modum objecti terminativi: Ergo sicut essentia divina, non potest fieri proxime intelligibilis ab intellectu creato, per aliquam speciem impressam creatam; ita nec actu intellecta per verbum a beatis expressam, & ab illis productam.

42 Confirmatur: Deus ex se, & ex sua essentia, non minus est intelligibilis in actu, quam intelligens, nec minus est actus purus in ratione intelligibilis, quam in ratione intelligentis: ergo sicut implicat, illum constitui in ratione intelligentis in actu, per formam intrinsecam, qualem est intelligere creatum; ita repugnat illum constitui in ratione intelligibilis, vel intellecti in actu, per speciem expressam creatam.

43 Addo quod, species illa ab intellectu beatorum expressa, esset infinita in praesentando, utpote essentiam divinam, ejusque attributa, & creaturas possibili representans: ut supra dicebamus de specie impressa creata, & consequenter esset infinita perfectiois & immaterialitatis: quod omni forma creata & creabili repugnat, ut ibidem ostendimus.

§. II.

Solvuntur objectiones.

44 Obijcies primo: Verbum est similitudo objecti ab intellectu producta, & expressa: Sed in visione beata datur haec similitudo: Ergo & verbum, seu species expressa. Major constat ex Philosophia: Minor vero probatur ex Scriptura, & SS. Patribus. Dicitur enim 1. Joann. 3. Dum apparuerit similes est erimus, quoniam videmus eum sicuti est. Item Augustinus 9. de Trinit. dicit: Cum Deum novimus, sic aliquis similitudo Dei in nobis. Et libro 14. cap. 17. loquens de visione beata, ait: In hac imagine, tunc perfecta erit similitudo, quando Dei perfecta erit visio. Item libro 15. cap. 16. Quando, inquit, videmus eum sicuti est, tunc verbum nostrum non erit falsum. Ergo sentit Augustinus, produci verbum in visione beata.

Idem colligitur ex D. Thoma infra q. 27. art. 1. ubi dicit: Quicumque intelligit, ex hoc ipso quod intelligit, procedit aliquis in se ipsum, quod est conceptio rei intellectae. Ubi S. Doctor loquitur universaliter de omni intellectioe, etiam beatifica; alias non recte inde colligeret contra Arianos & Sabellianos, dari Verbum in Deo: quod tamen ibidem probare intendit, diceret enim Arianus, vel Sabellianus, quod si in nobis, solum quando imperfeste, & in via cognoscimus, producitur verbum, non vero in cognitione perfectissima, qualis est visio beata: in Deo qui est infinita perfectiois in intelligendo, nulla debet poni processio verbi ad intra. Unde idem D. Thomas de verit. q. 4. art. 2. dicit, Verbum est aliquid realiter procedens ab altero. Et addit, quod universaliter verbum est, de omni quod a nobis intelligitur, seu per essentiam videtur, sive per similitudinem: Ergo ex D. Thoma, etiam in visione beata, in qua Deus videtur per essentiam, formatur verbum.

45 Respondeo negando Minorem, ad cuius primam probationem ex Scriptura desumptam, dicendum cum D. Thoma hic art. 2. ad 1. quod auctoritas illa loquitur de similitudine quae est per participationem luminis gloriae: per illud enim intellectus beati quodammodo assimilatur Deo, & fit veluti desormus, quatenus participat divinam intellectualitatem, & habet essentiam divinam pro objecto aliquo modo sibi conaturali, sicut ipse Deus. Vel secundo dici potest cum eodem S. Doctore q. 3. contra Gent. cap. 51. quod per visionem beatam maxime Deo assimilatur, quatenus eadem felicitate fruimur, qua Deus felix est, videndo eum immediate per suam essentiam gerentem vices speciei, sicut ipse Deus per suam essentiam seipsum intelligit.

46 Ad primum locum Augustini respondet etiam D. Thomas hic art. 2. ad 2. quod Augustinus ibi loquitur de cognitione quae habetur in via: In secundo vero non loquitur

de imagine, quae fit verbum formatum a nobis per intellectioem, sed de imagine naturali, nempe anima nostra, quae dicitur facta ad imaginem Dei, quam dicit perficiendam per visionem beatificam.

Alius vero locus in quo dicit, quod tunc verbum nostrum non erit falsum, non est intelligendus de verbo creato, & a nobis formato: sed verbo increato, seu de essentia divina gerente vices verbi creati: illa enim tunc dicitur verbum nostrum, quia intellectui nostro erit intime unita, per modum verbi, & objecti completis, & actu terminantis ejus cognitionem.

Ad 11. Thomam, praetermissa eorum solutione, qui existimant S. Doctorem ibi solum dare quandam congruentiam, desumptam ex his quae nobis communiter accidunt, ad probandum dari in Deo processioem Verbi: respondetur, quod haec propositio, Quicumque intelligit, ex hoc quod intelligit, procedit verbum, intelligenda est secundum distributionem accommodatam, & pro generibus singulari, non pro singulari generum. Quasi dicit, quod in quocumque genere intelligentium, five in quacumque natura creata intelligente, five humana, five angelica, datur processio verbi: etiam non datur in omni individuo, five in quacumque intellectioe. Ex quo recte inferit, quod cum Deus fit etiam natura intelligentis, & in supremo intellectualitatis gradu, debet etiam intra ipsum dari processio Verbi.

Ad alium locum ex q. 4. de verit. dicendum in omni 47 quod a nobis intelligitur, five per similitudinem, five per essentiam, formari verbum, quando essentia non est actus purus, nec suum esse in genere intelligibili: ut patet in anima separata, & in Angelis, qui licet cognoscant se per suam propriam substantiam gerentem vices speciei impressae, tamen formant verbum de se, unde cum Deus sit actus purus, & suum esse, tam in genere intelligibili, quam entitativo, nec format verbum in cognitione essentialis sui, nec a Beatis videtur mediante verbo ab illis expresso & producto, sed immediate per suam essentiam, utriusque speciei, tam impressae, quam expressae, vices gerentem, ut exponemus articulo sequenti.

Obijcies secundo cum Hdephonso Michaelae sapra citato: D. Gregorius libro 30. Moral. cap. 5. circa illud Job. Es concentum cali quis dormire faciet? haec scribit: Postquam per mortem in pulverem caro resolvitur, & per resurrectionem pulvis animatur; tunc de Deo auditio verba non querimus, quia unum ipsum quod implet omnia jam per speciem Dei verbum videmus; quod tanto altius sonat, quanto & mentes nostras in invidia illustratio penetrat, Substantiam namque orientibus, & occidentibus verbis, quasi quidam sonus aeterna predicationis, fit ipsa imago inserui visiois. Quibus ultimis verbis asserit, visionem beatificam esse imaginem, subindeque speciem expressam creatam Deum representantem.

Verum huic objectioni solutio patet ex supra dictis, nam eodem sensu visio beatifica appellatur a D. Gregorio Dei imago, quo a D. Joanne supra citato ejus similitudo dicitur: quia nimirum per illam intellectus noster perfectissime Deo assimilatur, quatenus per illam essentia divina in ratione speciei expressae ipsi intime coniungitur, subindeque eadem felicitate qua Deus perficitur. Praeterea quod per ipsam visionem beatificam, quae est ultima gratia sanctificantis perfectio & consummatio, imago Dei, quae in nobis inchoatur per gratiam, ultimo consummatur & perficitur. Unde Sanctus Thomas supra relatus ait quod per hanc visionem maxime Deo assimilatur.

Obijcies tertio: visio beata est actio: Sed non datur 48 actio sine termino a se distincto & producto, cum actio fit fieri ipsius termini, seu via & tendentis ad illum: Ergo in visione beata debet dari aliquis terminus productus, qui non potest esse alius, quam verbum, seu species expressa.

Respondet aliqui, per visionem beatam produci modum quandam unionis, quo essentia divina unitur in actu secundo cum intellectu beato: sicut in generatione humana producitur modus unionis, quo anima rationalis unitur corpori, & sicut in unione hypostatice datur aliquis modus unionis inter Verbum & humanitatem. Sed haec responsio displicet, tum quia valde incertum est, an inter materiam & formam, Verbum & humanitatem, datur aliquis modus unionis; tum etiam quia realis unio essentiae divinae cum intellectu creato, a nulla creatura, sed a solo Deo potest fieri, cum extremum illud quod est essentia divina, in infinitum excedat omnem actionem creaturam, ut ex illi visio possit reddi unita ipsi: ut patet in unione humanitatis ad Verbum, & intellectus ad essentiam divinam in ratione speciei impressae.

Melius ergo respondetur, distinguendo Majorem. Visio 49 beata est actio transiens, & de predicamento actionis, nego. Immanens, & de predicamento qualitatibus, concedo. Similiter distinguo Minorem: Non datur actio sine termino, actio transiens, & de predicamento actionis, concedo. Actio immanens, & de predicamento qualitatibus, nego.

Expli-

mas quodlibet 7. q. 1. art. 1. *Essentia divina, cum sit a materia separata, est per se actu intelligibilis.* Intellectui etiam presens est, quia ut dicit Augustinus; *Deus unicusque rei est visibilis, quam ipse res sit.* Et presertim est suum esse, ut demonstrat S. Thomas supra q. 3. art. 4. Ergo essentia divina habet omnia requisita, ut sit species intelligibilis intellectus creati.

68. Dico secundo. Divinam essentiam unitam intellectibus beatorum, aliquo modo habere rationem speciei expressae, seu verbi; non tamen proprie, sed solum communitate & improprie.

Prima pars hujus conclusionis patet, quia de ratione speciei expressae, seu verbi, est esse intellectum, in actu, & expresse, ac in actu secundo representare obiectum; Sed divina essentia se ipsam expresse, & in actu secundo representat, ac utitur intellectui beato: *un intellectum in actu, per seipsam faciens intellectum in actu.* inquit S. Thomas hic art. 2. ad 3. Ergo essentia divina aliquo modo habet rationem verbi, seu speciei expressae, in visione beata.

69. Secunda etiam pars ejusdem conclusionis colligitur ex eodem S. Doctore q. 3. de verit. art. 2. ubi ait, *verbum intellectus in nobis duo habet de sua ratione; scilicet quod est intellectum, & quod est ab alio expressum;* Ergo cum divina essentia, ab intellecta beato non sit expressa, nec terminus per illum productus, non habet proprie rationem verbi in ordine ad intellectum beatum.

70. Confirmatur; Quamvis in cognitione essentiali, qua Deus se intelligit, essentia divina seipsam manifestet intellectui increato, quia tamen non procedit ab illo, non habet proprie rationem verbi, & speciei expressae respectu illius; ut docet idem Doctor Angelicus loco citato in resp. ad 1. & nos Tractatu precedenti disp. 2. art. 2. iuse declaravimus. Ergo similiter quamvis illa seipsam in actu secundo manifestet intellectui beatorum, & terminet intrinsece eorum intellectionem; quia tamen ab illo non procedit, sicut Filius a Patre in generatione aeterna; non habet proprie rationem verbi, seu speciei expressae; sicut secunda Sanctissime Trinitatis Persona.

§. II.

Solvuntur Objectiones.

71. Obijcies primo: D. Thomas quodlib. 7. q. 1. art. 1. sic habet: *Lumen gloriae facit hoc respectu divinae essentiae in intellectu, quod facit respectu aliorum intelligibilium, quae non sunt lux tantum, species rei intellecta simul & lumen; sicut si lux sensibilis per se existere: ad ejus visionem sufficiens lumen oculum perficiens.* Et in resp. ad 2. ait quod *intellectus creatus sit actu ad videndam divinam essentiam, per lumen gloriae, & hoc sufficit;* Ergo ex D. Thoma ad visionem beatificam, sufficit concursus luminis gloriae, nec requiritur unio divinae essentiae, per modum speciei intelligibilis, cum intellectu beati.

72. Respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam. Nam D. Thomas ibi solum intendit attribuire formam luminis gloriae, officium actuandi intellectum per modum formae, & principii ipsi inhaerentis; cum enim in aliis cognitionibus necesse sit quod duplex principium inhaerent potentiae cognoscitivae; species scilicet, & lumen; in visione tamen beata, est unicum tantum principium inhaerens, scilicet lumen gloriae. Unde quando ibi videtur excludere concursum speciei, non intendit negare concursum divinae essentiae in ratione speciei, sed tantum concursum speciei creatae, & inhaerentis intellectui beatorum, ut constat exemplo lucis sensibilis quod adducit. Sicut enim lux corporea fit effectus per se subsistens, videretur quidem absque concursu speciei distinctae, & oculo inhaerentis, quia seipsa visibilis est, pererit tamen vires speciei in visione sui. Ita etiam, quia divina essentia est ipsa lux increata, & per se subsistens in ordine intelligibili, non potest fieri intelligibilis per aliquid a se distinctum, nec per aliquam speciem creatam intellectui beatorum inhaerentem, sed ipsamet debet concurrere per modum speciei ad sui cognitionem.

73. Obijcies secundo: essentia divina non potest gerere vires causae formalis, ut communiter docent Theologi, ex quo inferunt illam non posse supplere vires luminis gloriae, ut infra disp. 3. art. 2. §. 1. dicemus: Sed species intelligibilis habet rationem causae formalis respectu intellectionis, cum proprium ejus munus sit determinare intellectum, & tribuere speciem intellectioni, qua duo ad genus causae formalis spectant; Ergo essentia divina non potest uniri intellectibus beatorum, per modum speciei intelligibilis.

74. Confirmatur primo: De ratione speciei intelligibilis est, quod constituit intellectum in actu primo ad intelligendum, quia intellectus secundum se est pura potentia in genere intelligibili; & veluti tabula rasa; unde ut fiat potens ad intelligendum, debet constitui in actu primo per speciem intelligibilem; Sed hoc nequit pra-

stari sine inhaerentia, & informatione: Ergo de ratione speciei intelligibilis, est quod inhaerent intellectui, vel ipsum informet.

Confirmatur secundo: Essentia Divina, cum sit actus purus, nequit se habere per modum potentiae, respectu visionis beatificae; Ergo necque potest constituere intellectum in actu primo, per ordinem ad illum; nam actus primus est in potentia ad actum secundum, & per illum perficitur.

Ad objectionem respondeo distinguendo Majorem: Essentia divina non potest gerere vires causae formalis in esse naturali, & entitativo; concedo: in esse intentionali, & intelligibili, nego. Similiter distinguo Minorem; species intelligibilis habet rationem causae formalis in esse intentionali, vel intelligibili, concedo. In esse naturali, & entitativo, semper, nego. Solutio est D. Thoma cont. Gent. cap. 51. cuius verba infra referemus.

Explicatur: Multiplex intercedit differentia inter formam naturalem & intelligibilem, ex quo fit Deo repugnare rationem formae naturalem, & in esse entitativo, non vero rationem formae intelligibilis. Prima & praecipua differentia, quae est radix, & fundamentum aliarum, consistit in hoc quod forma naturalis se tenet ex parte subiecti, tanquam virtus illam perficiens, & illi accomodat; species vero, seu forma intelligibilis, se tenet ex parte obiecti, tanquam ejus imago, & similitudo formalis, illudque representat. Ex quo oritur secunda differentia: nam forma naturalis limitatur, & contrahitur a subiecto in quo recipitur, & illi subordinatur, ac ab eo dependet; forma vero intelligibilis, ut talis est, nec subordinatur subiecto in quo recipitur, nec ab ipso contrahitur, aut limitatur; sed in eo retinet totam suam amplitudinem, & universalitatem, ideoque si obiectum sit infinitum, representat infinitum, nec limitatur ab alio. Quod potest illustrari, & declarari exemplo speciei naturam humanam representantis, illa enim potest dupliciter considerari. Primo quatenus est aliquod accidens in esse entitativo receptum in subiecto, & sub hac ratione est qualitas individuata per subiectum. Secundo in esse representativo & sic nullam singularem determinatam representat, sed naturam ipsam secundum suam universalitatem, & ut abstrahit a singularibus. Unde S. Thomas 1. p. q. 50. art. 2. ad 2. dicit quod *forma intelligibilis est in intellectu, secundum ipsam rationem formae; illa est (ut recte explicat Bannez ibidem) secundum totam amplitudinem, & universalitatem, quae est in esse intelligibili competit.*

Tertia differentia consistit in hoc quod forma naturalis ad hoc tendit, ut ex ejus unione cum materia resultat unum tertium, ex quo fit, quod illa tanto aptior sit, ut uniat materiae, quanto est minus completa; & ideo anima nostra potest esse forma composita, non autem substantia Angelus: forma vero intelligibilis non ordinatur ad componendum unum tertium, sed tantum ut determinet, & perficiat intellectum ad intelligendum, quod tantum melius, & perfectius praestat, quanto completior, actualior, & immaterialior est. Unde ratio formae totalis & completa, non repugnat formae, & speciei intelligibili, sed maxime illi convenit; cum illa debeat solum perficere, & complere, non vero perfici, aut compleri.

Hanc differentiam & doctrinam egregie expendit & illustrat D. Thomas 3. cont. Gent. cap. 51. ubi loquens de essentia divina, sic ait: *Nec tamen potest esse forma alterius rei secundum esse naturale; sequeretur enim, quod formalis cum aliquo unice constitueret unam naturam, quod esse non potest, cum essentia divina in se perfecta sit in sui natura.* Species autem intelligibilis unice intellectui, non constituit aliquam naturam, sed perficit ipsum ad intelligendum, quod perfectio essentiae divinae non repugnat. Quibus verbis, & docuit nostram sententiam, & praecipuum adversariorum fundamentum everit.

76. Dices: esse intelligibile, & entitativum, non distinguuntur virtualiter in Deo; aliqui enim conceptus naturae & essentiae virtualiter in eo differunt, cuius oppositum Tractatu precedenti disp. 1. art. 1. ostendimus; Ergo repugnat, quod essentia divina uniat intellectui beatorum, per modum formae intelligibilis nisi etiam illi uniat, per modum formae entitativae, & naturalis.

Respondeo, concessio Antecedente, negando Consequentiam: Licet enim in Deo natura, & existentia, vis intelligendi, & ipsum intelligere; scientia simplicis intelligentiae, & visiois, virtualiter non distinguantur; quia tamen differunt per analogiam ad creaturas, & per ordinem ad diversam compositam materialia; natura humana per se primo unitur subsistentiae Verbi Divini, & secundario tantum naturae divinae. Item vis intelligendi quae est in Deo, participatur a lumine gloriae, & actualis ejus cognitio, vis intellectiva, a visione beatifica. Denique scientia Dei quatenus est simplicis intelligentiae, se extendit solum ad possibile, & ut visiois est, veritatem circa existentia & futura. Ita similiter, licet esse intelligibile, & entitativum, virtualiter non distinguantur in Deo, sed

ARTICULUS IV.

An essentia divina, unita intellectui Beatorum per modum speciei intelligibilis, active concurrat ad claram Dei visionem.

§. I.

Sententia negans proponitur, & praecipua ejus fundamenta referuntur.

Partem negantem tenent Bannez hic, & quidam alii, 81 existimantes essentiam divinam in ratione speciei, intellectui beatorum unitam, non esse principium effectivum ut quo, sed tantum formale, respectu visionis beatificae. Praecipuum hujus sententiae fundamentum est, quia omnis species active concurrans ad intellectionem, subordinatur intellectui: talis enim concursus, cum sit vitalis, subordinari debet potentiae vitali, & ab ea pendere: Sed divina essentia repugnat subordinari intellectui creato, & dependere ab illo; Ergo & active concurrere ad visionem beatificam.

Præterea, talis concursus activus, si daretur, non esset liber, sed necessarius, quia procederet ab ipsa divina essentia immediate, & non a voluntate, vel a potentia executive; Sed nullus potest dari concursus Dei ad extra, qui non sit liber: Ergo &c.

Addunt alii, quod relationes in divinis non sunt adive ad extra, ut communiter docent Theologi; Sed illae uniantur intellectui beatorum, per modum obiecti motivi, & speciei intelligibilis: Ergo influere active ad intellectionem, non est de ratione speciei. Quod confirmant ex communi sententia Thomistarum, qui docent substantiam Angelis gerere vires speciei impressae in sui cognitione, & tamen illa non potest active influere in talem operationem cum nulla detur substantia creata, quae sit immediate operativa, ut docet Divus Thomas infra quæst. 54. art. 2.

§. II.

Sententia affirmans, ut verior & probabilior eligatur.

Dico breviter, essentiam divinam, ut unitam intellectui beatorum per modum speciei intelligibilis, active influere in sui visionem. Ita communiter docent Thomistae, quos referunt, & sequuntur Salmanticenses hic disput. 2. dubio 3.

Probatum primo conclusio. Illud quod ultimo determinat, actuat, & complet intellectum creatum ad claram Dei visionem, ad illam active concurrat: Sed essentia divina, per modum speciei intelligibilis intellectui beatorum unita, ultimo illum determinat, actuat, & complet ad claram sui visionem: Ergo active in illum influat. Major constat, complementum enim virtutis activae ad lineam virtutis debet, & esse principium activum, sicut ut quo. Minor vero probatur quia intellectus illustratus, & perfusus lumine gloriae, non intelligitur esse ultimo completus, & determinatus ad claram Dei visionem; donec intelligatur essentia divina, unita intellectui in ratione speciei intelligibilis. Ut enim supra ostendimus & docent Philosophi in libris de anima, ad quamcumque intellectionem duplex requiritur complementum, ac determinatio: una ex parte potentiae, quae sit per lumen intellectuale; altera ex parte obiecti, quae procedat a specie intelligibili ejus vires gerente; quia intellectio fit per assimilationem, & unionem potentiae cum obiecto.

Probatum secundo: Visio beata non solum specificatur a lumine gloriae, sed etiam ab essentia divina, in ratione speciei intelligibilis unita; Atqui actio specificatur a forma, & virtute quae est principium effectivum illius, ut gr. calefactio a calore, illuminatio a luce: Ergo non tantum lumen gloriae, sed etiam essentia divina, intellectui beatorum per modum speciei unita, active influat in visionem beatificam.

Tertio suadet conclusio: Essentia divina, ut unita intellectui beatorum per modum speciei, debet attribui quicquid est de ratione speciei intelligibilis ut sic, dummodo nullam includat imperfectionem: Sed concursus activus est de ratione speciei intelligibilis, & nullam involvit imperfectionem; Ergo essentia divina, ut unita intellectui beatorum per modum speciei, tribui debet. Major patet, Minor vero quoad utramque partem probatur. Et in primis, quod species intelligibilis active concurrat ad intellectionem, communis est Philosophorum doctrina ex utroque Sancto Doctore, Augustino, & Thoma desumpta. Augustinus enim 9. de Trinit. cap. 12. dicit: *Omnis rei quam cognoscimus, congenere in nobis situm est; ab utroque enim partem nostram, a cognoscente & cognito.*

quo, ubi verbum congruat, & pariter, concursum acti-
vum objecti, mediante specie, manifeste designat. Idem
colligitur ex S. Thoma infra q. 56. art. 1. ubi loquens de
specie intelligibili, dicit quod illa se habet sicut forma qua
est principium actionis in aliis agentibus.

Eadem veritas ratione fundatur. Nam in illa genera-
tione spiritali (id est in productione verbi, quae fit ex
unione potentiae cum objecto) istud concurrunt per mo-
dum masculi ac proinde active, unde species intelligibilis
quam emittit, & potentia imprimi, appellatur a Philo-
sophis semen objecti, quia sicut semen efficienter con-
currit ad productionem animalis, & species intelligibilis,
ad intellectionem & productionem verbi.

Adde quod in hoc distinguitur cognitio a voluntione,
quod prima fit per assimilationem potentiae cum objecto,
secunda vero se habet per modum impulsus; & tenden-
tiae in objectum: unde ad cognitionem, objectum median-
te specie sui vicaria, debet concurrere per modum princi-
pii activi determinantis & completis potentiam in actu
primo, ad voluntionem vero solum per modum termini in
quem voluntas fertur, & a quo extrinsece tantum &
objective specificatur.

Quod autem concursus activus in specie intelligibili,
nullam dicat imperfectionem, quae est secunda pars Mi-
noris principalis, videtur manifestum: Tum quia genus
causae efficientis nullam essentialiter involvit imperfec-
tionem, sicut genus causae formalis, & materialis, unde
de repperitur formaliter in Deo, ut constat. Tum etiam,
quia in tali concursu activo nulla includitur subordinatio,
& dependentia ab intellectu creato, ut existimant
Banez. Licet enim quando principium quo effectivum
est ejusdem ordinis, & rationis cum operante, illi sub-
ordinetur, & ita species naturalis subordinetur intelle-
ctui creato: quando tamen principium formale effecti-
vum est altioris ordinis, tunc non est subordinatum po-
tentiae vitali quam complet & perficit: certum enim est,
quod lumen gloriae est principium effectivum visionis bea-
tae, tamen non existimo illud esse subordinatum intelle-
ctui, sed potius e contra, intellectus enim accipit vir-
tutem & efficaciam ab illo; unde cum essentia divina in
ratione speciei intelligibilis unita, sit ordinis superioris,
non subordinatur intellectui creato, sed potius sibi illum
plentissime subiecit.

35 Confirmatur: Tunc solum species est principium quo
subordinatum intellectui, vel toti supposito intelligenti,
ut principium quod, quando ab illo sustentatur, & recipit
esse: quia a quo res habet esse, ab illo habet operari:
unde cum essentia divina, unita intellectui creato
ut species, sit ipsum esse per se subsistens: nec sustentetur
ab intellectu creato, sed potius illum sustentet, &
conferret in esse, non subordinatur intellectui, sed hic
potius illi, in quantum per illum perficitur ad intelligen-
dum. Item quamvis concursus speciei inherens intelle-
ctui, habeat ab illo vitalitatem; concursus tamen
speciei, quae est suum esse, & suum vivere (qualis est
divina essentia) non habet ab intellectu vitalitatem, sed
ab ipsammet specie a qua effectivè procedit: immo a vita-
litate hujus speciei pendet vitalitas supernaturalis, quam
habet intellectus beatus a lumine gloriae. Et per hoc ple-
ne solummodo manet primum & praecipuum adverte senten-
tiae fundamentum.

36 Ad secundum dicendum, istem concursus non esse ne-
cessarium, sed liberum; quia licet sit immediate a divi-
na essentia, non dicitur tamen ab illa, nisi ut libere
applicata, & unita per modum speciei, & forma intelli-
gibilis intellectui beatorum. Sicut licet substantia in-
creata Verbi Divini per seipsam immediate terminet hu-
manitatem assumptam, quia tamen haec unio & termina-
tio supponit liberum Dei decretum, & applicans omnipoten-
tiam, ad conjungenda illa extrema, inter se infini-
te distantia, idcirco non censetur necessaria, sed libe-
ra. Adde quod unio essentiae divinae per modum speciei,
essentialiter supponit aliquam actionem Dei libe-
ram, scilicet infusionem luminis gloriae, quae est ultima
dispositio ad illam.

Ad tertium, concessa Majori, neganda est Minor, ut
enim ostendimus Tractatu precedenti, disp. 2. art. 5. fo-
la natura divina habet rationem speciei, & objecti per
se primo motivi, respectu divinae intellectionis, non ve-
ro relationis, vel attributis.

Ad ultimum quod paulo difficilius est, fuisse respon-
debitur in Tractatu de Angelis disp. 7. art. 1. nunc bre-
viter dico, quod licet substantia Angeli nequeat esse
immediatum principium operandi, per modum potentiae
activae, nec proprie in esse entitativo, & naturali; be-
ne tamen per modum speciei, & in esse intelligibili.
Quare essentia Angeli distinguenda est in se ipsam, ut
habet rationem naturae (scilicet intellectivae) & ut est
objectum actu intelligibile, seu ut habet rationem speciei,
& secundum hanc posteriorem rationem inest illi
li aliqua immediata activitas, sicut vero secundum prio-

rem, quia ut docet Sanctus Thomas loco citato, nec in
Angelo, nec in aliqua creatura, potentia operativa est
idem quod sua essentia.

DISPUTATIO III.

De lumine gloriae.

Considerato principio ad visionem beatificam ex parte
objecti requiritur, superest ut aliud quod se tenet ex
parte potentiae, & a Theologis, Lumen gloriae, appellatur,
in hac disputatione contemplerur, & necessitatem, va-
rietasque ejus munera declaremus.

ARTICULUS I.

Utrum lumen gloriae sit necessarium ad videndum
Deum?

37 Olim Begardi & Reguinae, existimantes intellectum
creatum posse naturaliter videre Deum, consequen-
ter negabant animam indigere lumine gloriae, ipsam ad
clarum Dei visionem elevante. Vasquez autem hic disp.
43. cap. 3. & 7. licet lumen gloriae necessitatem abso-
lute non neget; asserit tamen ad visionem beatificam suf-
ficere, vel solum lumen gloriae, vel solum essentiam divi-
nam; per modum speciei intelligibilis intellectui uni-
tam, subindeque strerunt ex illis esse superfluum.
Oppositum docent alii Theologi, tam domestici, quam
extranei.

§. I.

Duplici conclusione vera sententia statuitur.

38 Ico primo, animam indigere lumine gloriae ad vi-
dendum Deum. Conclusio est certa de fide, definita
in Concilio Viennensi in Clement. ad nostrum de Ha-
reticis, ubi dicitur: Animam indigere lumine gloriae, ad
Deum videndum, & eo beate perfundendum.

Ratio etiam id fuit: Deus enim, summum & inde-
ficientem lumen, nunquam sine lumine videri potest, hu-
manae capacitatis, juxta diversos status, temperato.
Nam ut Auctor naturae, naturalis rationis lumine percipitur;
ut Auctor gratiae, in hac mortali vita, obsecro
fidei radio cognoscitur: Ergo etiam non nisi splendidi-
mo lumine luce, clare & intuitive a beatis videri potest
in patria. Unde Job 36. In manibus suis abscondit lu-
men: & annuntiat de ea amico suo quod possedit: ego sit.
Ubi Gregorius lib. 27. cap. 8. Amicus veritatis est verba
amator altioris: unde & ipse veritas dicitur: et nos
amicus mei estis si feceritis quae praecipio vobis. De hac
igitur luce gloriae patris, amico suo Deus annuntiat, quod
possedit: ego sit. ut nequaquam inferioritatis sua fragilitate
desperet, sed tanto certius sciat, quia illius lucis cla-
ritatem possedit, quanto magis virorum pulcherrimum ten-
ebat: virtus celestis.

Adde quod, potentia quae ex se, & ex sua natura est
insufficiens, & improporionata ad aliquem actum eli-
ciendum, indiget confortari, & elevari per aliquam vir-
tutem in se receptam: Sed intellectus, creatus, ex se &
ex sua natura est insufficientis, & improporionatus ad vi-
sionem beatam, ut ostendimus disputatione precedenti;
Ergo ad videndum Deum indiget aliqua virtute superad-
dita, quae lumen gloriae a Theologis nuncupatur. Haec
conclusio magis patet ex infra dicendis.

Dico secundo; Ad videndum Deum, non sufficere
essentiam divinam in ratione speciei intelligibilis intel-
lectui beatorum unitam, sed insuper requiri lumen gloriae
ex parte potentiae.

Colligitur ex D. Thoma hic art. 5. & 3. contra Gent.
cap. 53. ubi docet lumen gloriae esse necessarium ad vi-
dendum Deum, & tamen requirit etiam unionem essen-
tiae divinae in ratione speciei intelligibilis, immo dicit
quod lumen gloriae est dispositio ad hanc unionem. Igitur
utrumque simul requirit, scilicet lumen gloriae & essen-
tiam divinam loco speciei: Non ergo alterum istorum
superfluit, ut docet Vasquez.

Præterea idem S. Doctor in 4. dist. 49. q. 2. art. 1. ad
15. distinguit triplex medium in visione, scilicet medium
sub quo, ut lumen, medium quo, sive species; & me-
dium in quo, sicut speculum in quo res representatur;
& negat hoc tertium medium in visione beata, secundum
verum medium docet esse essentiam divinam, non autem
aliquam similitudinem creatam; primum autem me-
dium, scilicet lumen gloriae, elevans intellectum, in illa
admittit. Ergo D. Thomas utrumque in visione beata
requirit, scilicet lumen gloriae confortans intellectum,
& essentiam divinam gerentem vires speciei. Denique
hic art. 2. dicit: Ad visionem tam sensibilem quam intel-
lectivam,

Equalis, aut requiritur, scilicet virtus visiva, & unio
rei visa cum visis.

Ratio etiam id fuit: Nam ut supra declaravimus,
intellectus ad productum verbi, est quidam partus intel-
lectivus, ex potentia intellectiva, & objecto procedens:
Ergo cum intellectus creatus non habeat ex se, & ex
sua natura, virtutem, saltem proximam, ad videndum
Deum, sed radice tantum & remotam, præter unio-
nem essentiae divinae, in ratione speciei intelligibilis, re-
quiritur lumen gloriae ei superadditum.

Confirmatur & magis illustratur hac ratio. Potentia
intellectiva, respectu actuum naturalium, utrumque re-
quirit, scilicet speciem, & virtutem proportionatam tali-
bus actibus: Ergo similiter in actibus supernaturalibus,
præter speciem, requiritur virtus supernaturalis illis pro-
porionata. Unde docet Theologus in Tractatu de fide,
quod ad assensum fidei, non sufficit sola extrinseca ob-
jecti revelatio, vel sola species, mysteria supernaturalia
representans, sed requiritur insuper lumen aliquod su-
peradditum in anima receptum, & per modum habitus,
vel auxilii communicatum: Ergo vel dicendum est quod
ipsa virtus naturalis intellectus creati, ex se sufficien-
ter proportionata ad videndum Deum (quod est error
Begardorum a Concilio Viennensi prescriptus) vel quod
indiget lumine gloriae, distincto a specie. Adde quod,
essentia divina, ut species impressa, non est unibilis in-
tellectui creato, nisi mediante lumine gloriae, quod est
ultima dispositio ad illum unionem, ut ostendimus articulo
sequenti.

§. II.

Solvuntur objectiones.

39 Obijciunt primo contra primam conclusionem: Lumen
gloriae ponitur a Theologis, ut confortet intelle-
ctum, & reddat illum potentem, & proportionatum ad
videndum Deum: Sed ad hoc non potest deservire; Ergo
illud ad visionem beatificam non est necessarium.
Major constat, Minor probatur. Inter intellectum crea-
tum, & essentiam divinam, est infinita distantia, Ergo
non potest intellectus creatus fieri potens, & proportio-
natus ad videndum Deum, per lumen gloriae, quod est
creatum & finite virtutis; improporionem enim, & distantia
infinita, non potest tolli, aut vinci, per quamcumque
virtutem creatam, & finitam.

Confirmatur: Virtus perfectioris & confortans potentiam
vitaliam, ad aliquem actum vitalem elicendum, debet
esse vitalis: Sed lumen gloriae, cum proveniat ab ali-
quo extrinseco, non est virtus vitalis; Ergo non po-
test perficere & confortare intellectum creatum, qui est
potentia vitalis, ad elicendum visionem beatam, quae
etiam actio vitalis est.

40 Ad objectionem respondeo, quod licet inter intellectum
creatum, & Deum, infinito modo cognoscibilem, sive ut
cognoscibilem adaequate & comprehensive, sit infinita dis-
tantia & improporionata, quae per quodcumque lumen creatum,
ut finito modo visibilem, non est infinita distantia sim-
pliciter, sed solum diversitas ordinis naturalis, & supernatur-
alis: unde haec improporionata vinci potest per lumen ali-
quod creatum ordinis supernaturalis, quod sit participatio
quaedam divinae intellectualitatis.

41 Ad confirmationem dicendum, quod licet lumen glo-
riae non sit virtus vitalis ut quod, quasi habens in se vi-
tam, bene tamen ut quae, quae est vis quaedam ordinata
ad elevandum intellectum ad altiorum vitam; ut videlicet
anima quae de se vivit vita intellectiva, vivat vita
aeterna & beata, ac participativa divina. Sicut licet fe-
men non sit animatum, nec vivens ut quod, quia tamen
est vis quaedam instrumentaria, ordinata a natura ad ge-
nerationem viventis, potest dici vivens ut quo.

42 Ad illud quod additur, nempe quod virtus illa est
extranea, & proveniens ab aliquo principio extrinseco,
dicendum est, quod licet illa non oriatur ab ipsa ani-
ma, quae est principium radicale, & proprium vitae, ori-
tur tamen ab ipso primo vitae auctore, scilicet Deo,
dante vitam propriam homini, & illam elevante ad su-
periorum & divinam.

43 Obijciunt secundo cum Vasquez contra secundam con-
clusionem: Lumen gloriae requiritur ut determinet intel-
lectum ad videndum Deum: Sed ad ejus visionem suffi-
cienter determinatur, per essentiam divinam in ratione
speciei intelligibilis ei unitam: Ergo postea haec unione,
superfluit lumen gloriae.

Respondeo distinguendo Majorem: Lumen gloriae re-
quiritur ut determinet, ex parte potentiae, concedo: ex
parte objecti, nego. Similiter distinguo Minorem: Intel-
lectus per essentiam divinam ad visionem sufficienter de-
terminatur, determinatione se tenente ex parte objecti,
concedo: se tenente ex parte potentiae, nego. Solutio
patet ex supra dictis; Cum enim juxta commune Augu-
stum,

stini proloquuntur, ex objecto & potentia paratur notitia,
ad cognitionem duplex requiritur determinatio, &
virtus: una se tenens ex parte objecti, quod in illa ge-
neratione spiritali se habet ut mas, & alia ex parte po-
tentiae, quae se habet ut femina: unde ad visionem beati-
ficam, non satis est quod intellectus creatus objective
determinetur ab essentia divina, per modum speciei in-
telligibilis ei unita; sed insuper requiritur, quod deter-
minetur intrinsece a lumine gloriae, ex parte potentiae se
tenente, & illam confortante, elevante, ac disponente ad
unionem essentiae divinae per modum speciei intelligibilis,
ut magis constabit ex dicendis articulo sequenti.

ARTICULUS II.

Quae sint munera luminis gloriae in intellectu creato?

44 Ico primo: Lumen gloriae disponere intellectum crea-
tum ad unionem essentiae divinae per modum speciei
intelligibilis.

Est contra Vasquez loco supra citato cap. 3. est tamen
D. Thomae hic art. 5. ubi sic dicitur: Omne quod elevatur
ad aliquid quod excedit suam naturam, oportet quod
disponatur aliqua dispositione qua sit supra naturam ejus; sicut
si non debet accipere formam ignis, oportet quod dispo-
natur aliqua dispositione ad talem formam; cum autem ali-
quis intellectus videt Deum per suam essentiam, ipsa essen-
tia Dei sit forma intelligibilis intellectui. Unde oportet quod
aliqua dispositio supernaturalis ei superaddatur, ut elevetur
in eandem sublimitatem.

Confirmatur ex eodem S. Doctore 3. contra Gentes
cap. 54. Essentia divina quae est actus purus, est propria
& naturalis forma intellectus divini: Ergo impossibile est
quod sit forma intelligibilis intellectus creati, nisi per
hoc quod intellectus creatus fiat divini ordinis, per lu-
men gloriae, quod est participatio quaedam divinae intel-
lectualitatis: impossibile enim est (inquit S. Doctor) quod
propria & naturalis forma aliquid sit, sit forma alterius,
nisi participet aliquam similitudinem illius cuius est propria
forma; sicut lux non fit actus alius corporis, nisi tale corpus
aliquid participet de simplicitate.

45 Dices: Lumen gloriae est aliqua forma supernaturalis, &
& tamen ad illud recipiendum nulla requiritur dispositio
in subiecto, sed sufficit sola potentia obedientialis passiva.
Item substantia Verbi, licet sit supernaturalis, immo
mediate tamen, & sine aliqua prava dispositione, unitur
humanitati; Ergo est divina essentia sit forma superna-
turalis, poterit tamen sine prava dispositione uniri intel-
lectui beatorum in ratione speciei intelligibilis.

46 Respondeo concessa Antecedente, negando Consequen-
tiam, & partem. Ratio disparitatis quantum ad pri-
mum est, quia licet aliqua forma supernaturalis (illae
nimium quae non sunt ultimas, sed viales, & ad alias
ordinatae) non petant dispositiones ejusdem ordinis, sed
solum potentiam obedientialem passivam, & receptivam
illarum: forma tamen quae est ultima, & perfecta, ac
principalis, necessario aliquam dispositionem exigit in sub-
jecto, unde cum lumen gloriae sit habitus per modum forma
vialis, & ordinata ad aliam principalem, & perfectam,
scilicet divinam essentiam, unitam intellectui in
ratione forme intelligibilis, nullam requirit in eo dispo-
sitionem, bene tamen essentia divina, ut habet rationem
speciei impressae, & forma intelligibilis. Sicut in ordine
gratiae, auxilium sufficiens, quia est prima dispositio, &
preparatio ordinis supernaturalis, nullam requirit dispo-
sitionem in anima, sed illam primo preparat, & disponit
ad actus perfectiores; gratia tamen sanctificans, quia in
ordine supernaturali est forma ultima, & perfecta, & ul-
timum spiritualis generationis terminus, expostulat aliquam
dispositionem in subiecto in quo recipitur.

47 Ad secundam instantiam, neganda est etiam pars cum
Cajetano 3. p. q. 2. art. 10. Ratio dicitur est, quia
unio hypotactica non fit per elevationem naturae humanae
ad formam aut operationem, sed ad esse substantiale, ad
quod nulla requiritur dispositio, cum existentia substan-
tialis sit primum in subiecto: visio vero beatifica fit per
elevationem ad formam & operationem supernaturalem,
& ideo ad eam necessaria est supernaturalis dispositio ut
magis constabit ex ratione sequenti.

48 Probatur ergo secunda conclusio alia ratione fundamen-
tali. Nulla species, sive sensibilis sive intelligibilis, in
ratione speciei uniri potest, nisi potentia habenti suffi-
cientem virtutem, ad utendum ipsa ad elicendum cogni-
tionem. Licet enim species visibilis v. g. in ratione qua-
litatis aut accidentis, possit divina virtute poni in lapide,
aut in auditu; tamen in ratione speciei visibilis, so-
lendum potest uniri potentia viva habenti virtutem ad vi-
dendum cum illa: quia speciem uniri in ratione speciei,
nihil aliud est, quam uniri in ratione representantis ob-
jectum, quod constat representari non posse, nisi poten-
tia habenti virtutem illud cognoscendi: Sed intellectus
creatus, sine lumine gloriae, non habet sufficientem vir-
tutem,